

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA  
DE  
**FEBRI EPHEMERA,**  
EJVSDEMQVE  
EXISTENTIA, ESSENTIA  
ET THERAPIA,  
QVAM

PROPI TIO SVM MO NVMINE  
MAGNIFICO VNIVERSITATIS RECTORE  
AC PRO-CANCEL LARIO,  
REVERENDISSIMO ET PER-ILLVSTRI DOMINO,  
DOMINO

**CHRISTOPHORO IGNATIO**  
DE GVDENVS,  
EPISCOPO ANEMORIENSIS,  
EMINENTISS. ARCHI-EPISCOPI ET PRINC. ELECT. MOGVNT. PER THVRINGIAM;  
HASSIAM ET EICHSFELDIAM IN PONTIFICALIBVS VICARIO GENERALI, CON-  
SIL. ECCLES. SVFRAGANEO ET SIGILLIFERO ERFORDIENSIS, J. V. D. INSIGN.  
ECCLES. COLLEG. AD S. SEVER. CAN. CAP. ET SCHOLAST.  
EX DECRETO ET CONSENSV GRATIOSISSIMÆ  
FACVLTATIS MEDICÆ,  
SVB PRÆSIDIO

**DN. JOANNIS FRIDERICI DEPRE,**

PHILOSOPHIA ET MEDICINÆ DOCTORIS,  
EMINENTISSIMI ELECTORIS MOGVNTINI CONSIL. AVLICI ET ARCHIATRI,  
ANAT. BOTAN. ET CHIRVRG. PROF. PVBL. FACVLT. MED. ASSESS. ORD.  
n. n. CIVIT. ERFORD. SENAT.

DOMINI, PATRONI ATQVE PROMOTORIS SVI COLENDISSIMI.

PRO GRADV DOCTORIS  
SVPREMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS, PRIVILEGIIS, AT-  
QVE IMMVNITATIBVS RITE OBTINENDIS,  
PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTET

**GEORG. FRIDERICVS Warmbrunn / Ligio-Silefus,**

AVTOR ET RESPONDENS,  
AD DIEM XVII. JANVARII M DCC XXVII.  
IN AUDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS HORIS CONVENTUS,  
ERFORDIAE, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

27.

VIRO  
GENERO SO ET CONSULTISSIMO  
DOMINO,  
DOMINO  
**CHRISTIANO**  
**ERNESTO**  
**SCHINDLERO,**  
DVCATVVM SVIDNICENSIS, JAVORIENSIS  
ET LIGNICENSIS PROCVRATORI  
CAMERÆ REGIÆ  
EXIMIO AC SPLENDIDISSIMO  
DOMINO SOCERO SVO SVMMO-  
PERE VENERANDO,  
OMNIGENAM  
PROSPERITATEM ET FELICITATEM PRECATVR  
SIMVLQVE SALVTEM DICIT  
GEORGIVS FRIDERICVS WARMBRVN.


VIR

GENEROSE ET CONSULTISSIME,  
DOMINE SOCER SVMMPERE  
VENERANDE ATQVE HONO-  
RATISSIME,

C Ogitanti equidem mihi, cui inscriberem, offer-  
rem ac dedicarem Dissertationem meam In-  
auguralem DE FEBRI EPHEMERA, EJVSDEM-  
QUE EXISTENTIA, ESSENTIA AC THERAPIA,  
protinus non poterat non mihi illucescere fulgidissimum  
tuum sidus, ut fatali quodam modo invitatus & per-  
suasus videar Tibi debere id unice. Quemadmodum  
enim nunquam memoria excidere potest humanissimus  
Tuus erga me affectus, quo me jam olim devincire di-  
gnatus

gnatus es, ita multo maiorem humanitatem, favorem,  
honorem ac benevolentiam ex eo tempore me expertum  
esse, publice profiteri tencor, quo arctiori vinculo Tibi  
sum obligatus ac prorsus devinctus redditus. Scio Hu-  
manitatem Tuam non pati, ut uberior specialius me  
explicem. Sufficiat in intimis cordis penetralibus me  
gloriari favore benignissimo, letari affectu multiplici, me-  
que multis nominibus esse obstrictum ac devinctum in-  
time, ut merito in id incumbere debuerim, ut tanti fa-  
voris erga me exhibiti aliquod statuerem monumentum.  
Redhostire id nunquam valebo, demererit annitar, di-  
laudare allaborabo impensisime. Interim tot modis de-  
vinctus, id tacere ulterius haud potui vel volui, quin  
publicam gratae mentis tessera fisiem. Sacratam ni-  
mirum GENEROSO TVO NOMINI volo dictam  
præsentem meam Dissertationem Inauguralem. Sit  
hoc testimonium sincerum affectus & favoris paterni in  
me collati. Deus TE servet, VIR CELEBERRIME,  
ut serus in Calum redeas ad Tux famæ immortalem  
Gloriam, Totiusque Nostræ Domus Fulcrum firmissi-  
mum & gaudium amenissimum. DEVS, inquam, Te  
servet! Dabantur Erfurti e Museo d. XVII. Jan.  
M DCC XXVII.

PRO-



## PROEMIUM.



*Anguinem revera esse fontem ac thesaurum  
vitæ, nemini non notum est atque  
compertum: Ex eo enim omnes re-  
liqui humores fiunt, educuntur &  
conservantur; Ex eo omnis nutritio,  
corporisque totius conservatio uni-  
cè dependet: In eodem vires fundan-  
tur & omni momento resarcuntur  
& refocillantur, unde haud imme-  
rito *Sanguis ipsa anima pueræ* dicitur, quatenus tamdiu  
vita est, quamdiu motus ejusdem perdurat, & præsens est.  
Inde provido amne fluit, cundem in statu secundum naturam  
sufficientem semper esse debere, atque hinc vere abundan-  
tem, quo in debita quantitate, qualitate, motuque ipso &  
ipse sanguis & reliqui humores permaneant. Et veritati con-  
tentaneum esse arbitror, universaliter ferè asseverari posse,  
in perfectè sanis sanguinem semper esse abundantem: Ea enim  
hodienum Mortalium est conditio, ut ut plurimum plus edant  
& bibant, quam ordinaria alias sufficerit, ut hinc magis magis  
que sanguificatio augeatur, & in tantum accrescat, ut postmo-  
dum facile sit oneri toti corpori, & abundantia sua noceat,  
& sic statui præternaturali occasio præbeat, facilius ac fel-  
licius, scilicet! Cujus occasione ferè persuadeor, quod  
omnis status præternaturalis, sive sit ipse morbus, sive causa  
mor.*

*morbisica*, sive *symptoma*, ab *abundantia sanguinis* dependeat, siquidem omnino in propatulo est, quod in temperamento quoconque, sanguineo nimirum, tanquam optimo, reliisque, cholericō, phlegmatico & melancholico, corundemque varia compositione & crasi, & quoque non raro in dispositione ad dyscrasiam scorbuticam, acidam, se-rofam, aliisque cruditatibus, *chylosis* vel maxime intendatur, conservetur & augeatur, & hinc ipsa *sanguisfatio* magis magisque cumuletur, ut non amplius debite circulari *sanguis* possit, & hinc *stasi proprie* vel *reliquorum humorum* occasionem praebeat multifariam, quin imò innumeram. Cum itaque *thema* aliquod *Inaugurale* eligere debuerim, meditatem hanc, diu equidem alias à me conceptam, suscipiebam, ut de *abundantia sanguinis*, tanquam *causa universalis*, vel ad minimum *concausa omnium affectionum* *præternaturalium* agere velim. Quoniam verò & temporis ratio atque angustia, & ipsius rei sublimitas hanc intentionem pro nunc differre viderentur, potius elegi tractationem *de Febri Ephemeris*, in ipsa Dissertatione *Inaugurali* debite sistenda. Interim licebit mihi impræsentiarum problematis adinstar sequentia hoc referre: *Primo* Veritati vel maxime contentaneum est, quod hodierno stylo *infantes recens nati* & hinc ulterius educendi, ut plurimum (*illud autem in Medicina verum est, quod ut plurimum sit & evenit*) copiosiori quam par est invitentur alimento ac nutrimento, siquidem nunc Pater nunc Mater tam esculenta quam potulenta in majori copia offert & affert; Cujus rei testimonium omnimodè in promptu est vel ex eo, quoniam nunc lac, nunc cibum propinatum tam frequenter evomunt, interea verò temporis *sanguinem plus iustò* nutrunt, ut hinc raro debite circulari amplius possit, & ad partes nutritandas ineptus reddatur: *Secundo* *Infantes* copiosiori potu & eibo ita enutriti ad plus appetendum facile magisque alliciuntur, unde sibi ipsis facile comparant alimenti copiam, quæ longo sapere temporis spatio admittitur, ut nulla noxa notabilis exinde eveniat, licet etiam alias vel dyscrasia

dyserasia connata vel ascititia præsens fuerit. Quid quæso interea sit, quam sanguinis major collectio & abundantia? Tertio haud ignotum est, adolescentes maximam partem sanguinis nutritioni, cumulationi & augmentationi pre-eminentia auscultare, & hinc abundantiam sanguinis quotidie quasi cau-sari; Id quod apertissimè testantur motus heterogenei in sanguine & reliquis humoribus excitati, ita, ut junioribus adhuc in annis constituti plurimos insultus atque orgasmos sanguinis persentificant; Siquidem specialiter neminem latet, quod in sexu utroque orientur communiter in ipsis annis hemorrhagia narum, vel in facto esse, vel in fieri, vel in sexu sequiori citius apparent menses, vel in potiori pro subjectorum varietate nifus fiat ad hemorrhoides; Qui motus si impediuntur, & non probe obseruentur, dyserasam forte præsentem facile augent, & hinc multis affectibus præternaturalibus ansam præbent. Quarto constat occasionem lubentissime accipere viros, seneque ipsos eam haud pratermittere, qua in convivis, vel quotidiano quoque epulandi modo sanguinis abundantiam sustinent & revera causantur, siquidem ordinario constat & utplurimum quidem, quod invitati apparent, in comedendo & bibendo parati sint, plus ingerant, quam pro natura conservatione esset necessarium, & hinc corpori suo manifestum afferant discriben, à quo equidem multi propter virium & spirituum vitalium robur se liberant, & citra adhibitionem medicamentorum inimunes rursus evadunt, licet interea temporis multum molestiæ inde persæpe perpesci fuerint, ubi haud obscure tamen abundantia sanguinis elucescit, & presso pede sequitur, tanquam causa principalis plurimorum affectuum p. n. Accedit ideo quod communiter etiam exorientibus ipsis malis patientes appetant cibum & potum copiosorem, quam natura perferre potest, & hinc plus justo nutriantur, quam fieri deberet, liquide & se invitant ad plus assumendum, & invitantur sepissimè per adstantes, cognatos & amicos; Ubi tamen potiori jure & meliori cum successu ac levamine obser-vandum esset illud: Quod quiete & abstinentia multi & magni morbi

morbi curentur. Quis itaque unquam infitias ire poterit,  
 ibi presso pede, & in antecedentibus quoque positis fun-  
 damentis sequi immediatam massę sanguineę abundantiam. Quæ  
 ipsa se modo exerit in propriè sic dicta abundantia sanguinis.  
 modo etiam luculenter satis concurrit in dyscrasía sanguinis  
 & reliquorum humorum, ubi motus sanguinis evidentes satis  
 conjuguntur. Sexto verò luculentissime omnipræsentiam  
 sanguinis, ut ita dicam, sive potius abundantiam sanguinis in  
 quocunque quoque subiecto, sive fane, sive agroto, censeo appa-  
 rere ex eo, quoniam in omni fere morbo Venæsec̄tio, tan-  
 quam commune remedium abundantia sanguinis utilissimè,  
 & sine noxa, & cum maximo potius levamine unacum sca-  
 rificatione cucurbitularum utplurimum adhiberi potest; Quæ  
 assertio universalis ex communi & quotidiana praxi suffi-  
 cientissimè, ut equidem puto, comprobatur: Si quidem  
 1) Illud de ipsa abundantia sanguinis per se patet. 2) Idem  
 quoque verum est, quam quod verissimum, de tempore  
 Venæsectionis semel factæ, vel sèpius repetitæ recurrente,  
 ubi sane apertissime sanguis & urget & turget, manife-  
 stissimo indicio abundantia sanguinis. 3) Correctio ipsius  
 acrimonie sanguinis promptius & velocius instituitur,  
 si V. S. vel aliud quoque sanguinis depletiorum reme-  
 dium mature & in principio Curationis institui debi-  
 ta statim adhibeatur. 4) Venæsectione adhibita Circu-  
 lus sanguinis, & per consequens reliquorum humorum omnium  
 motus, qui equidem per multiplicitem congestionem, plasm̄ & basin  
 morbificam inde factam vel impeditus, vel plus justo acceleratus est,  
 rursus feliciter restituitur, vel aquabilis & accommodus  
 redditur. 5) Denique apertum est & Praxi Medica diu-  
 nissime comprobatum, quod à V. S. nemo moriū sit vel mor-  
 riatur, contra verò ab intermissione Venæsectionis multa mala;  
 & symptomata truculentissima, ipsaque mors presso pede,  
 vel ad minimum successu temporis, infœcuta fuerint, sed  
 hæc & uti dictum, problematis loco. Potius me  
 conseruo ad Disputationis meæ Inauguralis aleam, sequentia  
 modo defensurus & aquum B. L. judicium expediturus.  
 Supre-

Supremum verò omnium Rerum Arbitrū DEVM T. O.  
T. M. supplicibus imploro precibus, ut mihi in hoc quoque negotio, sicuti hactenus paterne per totum vitā meꝝ ambitum fecit, ex alto assistat, & meam intentionem æquam & ad salutem hominum in curationibus Medicis instituendam firmiter directam secundet & prosperet te-  
licissime & diutissime.

## DISSERTATIONIS INAVGVRALIS MEDICÆ

## CAP. I.

## DE FEBRIS EPHEMERÆ EXISTENTIA.

## §. I.

**C**um itaque ad propositum thema de febri Ephemeræ re ipsa transitus sit faciendus, non possum non in hoc equidem capite de EXI-  
STENTIA FEBRIS EPHEMERÆ agere, siquidem mihi haud raro obtigit, ut quidam Medici Febres Ephemeræ negare intenderint, & sibi prorsus incognitas es-  
se asseverarint, inde ē re utique erit nominis enodatio-  
nem atque explanationem & ipsarum febrium diffe-  
rentias hic referri visas ē loculis suis eruere, unde 1) in  
genere dicendum unde originem trahat febris. 2)  
Quomodo sit concipienda febris Ephemeræ & an exi-  
stat.

## §. II.

Quod ad I. attinet, notum est, quod febris à Le-  
xicographis dicatur à feritate morbi, vel (sicuti Ser-  
vius docet) à fervore. Est (ut Medici docent) intem-  
peries calida totius corporis. Græcis πυρετός dicitur.  
Germ. Das Fieber oder Kaltwēh. Alias quoque fe-  
bris

bris dicitur à februio, quod à ferveo deducitur, quo de videatur Sennertus de febribus cap. secundo. Et hæc derivatio optime est conveniens, ut inde recte dicatur febris effervescentia, a fervendo, ut hinc omni competat febri nomen effervescentiæ, quoniam notum est in Chymicis dari effervescentiam vel frigidam vel calidam, & sic quoque in febribus, licet solum adsit horror, rigor & frigus, nomine effervescentiæ apprimè veniat hic motus peregrinus, & quando solum adest, vel accedit calor p.n. itidem dicitur effervescentia, & si quoque utrumque, & frigus & calor interpoletur, manet effervescentia, unde optime quoque febres algidæ, ubi solum frigus appetet, genuino sub conceptu effervescentiæ militant, atque sic è febrium serie ac numero haud ejici possunt. In omnibus autem morbis probe est respi ciendum ad febres, an adsint, vel adhuc advenire valeant. Raro enim fere datur morbus, qui non sit con junctus antecedenter vel consequenter cum febre, vel febricula, adeo ut olim in proverbium abierit: *Vis sine febri mori.*

## §. III.

Quoad II. *Febris Ephemera*, s. potius vocabulum *Ephemera*, derivatur a vocibus Græcis *ἐπι* super, & *ἡμέρα*, dies, exinde dicta, quoniam non ultra unam diem durat, sed potius spatio 24. horarum, aut etiam brevioris paululum temporis cancellis absolvitur, adeoque secundum derivationis suæ rationem dicitur *ephemera*, ceu unius dici naturalis *Febris*, Latinis *Febris Diaria*: usitato quoque vocabulo, respectu habito ad causam morbificam *Synochus non putris*, dici & solet & potest. Qualis febris

febris si per duas, tres, quatuor, quinque vel sex dies du-  
raverit, motuque aliquo naturæ critico finitur, *Diaria*,  
sive *Ephemera plurium dierum audit.* Quod si itaque  
quis adhucdum dubitare intenderet, an detur ejusmo-  
di febris, qui solum totum suum febrilem periodum  
intra 24. hor. absolvat, is sequentia quæso perpendat  
pro existentia Febris Ephemeræ roboranda atque adstruen-  
da: Experientia nimirum, optima rerum magistra, te-  
statur \*) post crapulam, à Vino præsertim calido, sulphu-  
reco, potentiori ac Generosiori, spiritu item vini, ipsa-  
que cerevisia inebriativa, qualis erat olim Islebiensis,  
quæ inde dicebatur, *Mord und Todtschlag, das Grabeln*  
*an der Wand*, & similes aliæ, totum corpus Potatorum  
haud raro mirum in modum incalescere p. n. sie sind  
heiß, wie ein Back-Ofen, cum pulsu celeri & frequenti,  
urina rubicunda, siti aucta, debilitate & gravitate par-  
tinim, virium prostratione, cephalalgia, metuque futu-  
ræ febris malignæ vel benignæ plurium dierum, indi-  
cio manifesto effervescentiæ febrilis præsentis; Quæ  
tamen non raro non nisi 12. 16. 20. vel 24. horis durat,  
& febrim ephemeram hinc designat. a) In virtutis ventricu-  
li oborientibus, e. gr. inappetentia, anorexia, seu fame  
imminuta, fastidio alimentorum, pica & malacia, in  
appetitu item nimio, appetentia canina, bulimo, ape-  
psia &c. ut plurimum præcedere aut comitari febriculan,  
intra 24. hor. periodum absolutam. b) In expulsione  
contentorum Alvi imminuta, retentione alvi, passione ilia-  
ca, in expulsione aucta, diarrhoea, cholera &c. vel in ex-  
pulsione alvi depravata, dysenteria benigna, tenesmo, hæ-  
morrhoidibus &c. calorem p. n. auctum intra prædictum

tempus cum febris communibus & propriis signis  
oboriri & absolvit. 1) In respirationis difficultis speciebus,  
orthopnæa, asthmate, raucedine, tussi, catarrho suffo-  
cativo ipso non raro similem prorsus febris diuræ speciem  
adesse. 2) Eandem quoque saepe passim in variis aliis  
observari morbis, e. gr. in atrophia, tabe, phthisi, omni-  
bus in genere inflammationibus, & in specie in inflam-  
matione fauci, uvulae, stomachi, intestinorum, ani,  
mesenterii, pancreatis, omenti, thoracis, hepatis, lie-  
nis, renum, in otalgia, in aphthis &c. 3) Rem adeo  
claram esse in calculo renum primum emoto, ubi semper  
fere conjuncta est ejusmodi febris ephemera, calore p. n.  
& reliquis ejusmodi symptomatibus febrilibus conspi-  
cua; Quando vero saepius recurrat hoc malum, tunc  
vel mitior vel nullus interdum apparet motus febrilis.  
4) Parem fere rationem esse cum arthriticis affectionibus,  
chiragra, podagra, dolore ischiadico, ipsaque arthritida  
vaga scorbutica, ubi itidem in primo eorundem exor-  
tu semper fere, postea vero quando saepius recurrat,  
ut plurimum insultus febrilis unius non nisi saepius die  
adest. 5) Non negari tandem posse, ut brevitatis studens  
vela confractam, in erysipelate parrium externarum majori  
& graviori, & speciatim in gravissimo ejusdem statu,  
quando vesiculae inflammatoriae simul sunt conjunctæ,  
quod malum die Blasen-Rose nominatur, præfixam fe-  
brem præsentem esse, vel in ipso erysipelate, vel proxime  
idem antecedere, ita ut decursu fiente & facto idem  
malum jam fuerit perfectum. Ita ipse percessus sum  
erysipelas totius capitis cum vesiculis inflammatoriis  
maxime ardentibus & febri consimili. Sic Hospes meus  
Ho-

Honoratissimus, *Dnus Consiliarius Ludolff*, mihi recensuit,  
 quod ipse jam Anno 1701. die 16. Augusti, dum Jenæ  
 Studiis incubuerit, correptus fuerit febricula per diem  
 solūm durante, cum doloribus in sinistro pede gravio-  
 ribus, inter quam primordium, & finita eadem absolu-  
 tio magni tumoris erysipelacei in interiori parte fe-  
 moris à summitate usque ad calcem tribus digitis lati-  
 facta fuerit, quem tunc temporis contractio pedis mox  
 secuta est cum doloribus subsequis vagis arthriticis,  
 quod malum ex consilio *Magnifici b. m. Wedeli*, & pro-  
 prio, t. t. perfecte fuit curatum. Sic idem, posteas-  
 quam ante quatuor annos, totus pes sinister à frigore  
 cum primis admissis ita laesus fuerit, ut adynamia cundi-  
 & pedem movendi successive magis magisque acces-  
 serit, & se portari coactus sit, frigore improportionato  
 perpresso, die secundo Februarii 1723. circa horam III.  
 pomerid. horripilatione, frigore subsequuo intensiori &  
 intensissimo, post dimidium vero horae cum calore  
 p. n. magno; pulsu aucto & frequenti, debilitate simul  
 statim summa accedente, ut miseris armigeris uti haud  
 potuerit, sed lecto affixus calorem p. n. pulsum cele-  
 rem, sicut, naufragiam, conatus ad vomendum, inappe-  
 tentiam & vomitus ipsos perpresso sit, & quando de-  
 feruit hic motus febrilis ad 18, & 24. horas durans,  
 magis magisque consummatio erysipelatis in toto pe-  
 de fere facta fuerit, ita ut ordinarius p. n. tumor ad  
 duplum excreverit. Et similem tragediam Idem in se  
 observavit die 30. Nov. dicti anni à prolapsu in terram  
 inopinato circa horam IXam matutinam causato, ubi  
 omnia symptomata dicta præminentia magis erant.

B 3

Id

Id quod etiam factum est cum adhuc graviori inten-  
sione dictorum symptomatum tertia vice die 5to Apri-  
lis 1724. & 4ta vice die 25. Octobris ejusdem anni.  
Omnium maximè vero 5ta vice à terrore præsertim  
prægresso & ira quoque præter spem & modum sæpius  
admissa die octavo Augusti 1725. ubi circa horam ter-  
tiam pomeridianam horrorem & frigus è vestigio sensit  
maximum, cum summa virium prostratione, ita ut pro-  
fusus non fulcris suis ordinariis uti valuerit, ubi solita præ-  
dicta symptomata adhuc graviora visa sunt, cumpri-  
mis scotomia & oculorum caligo, cum agrypnia, in-  
somiis turbulendis tamen sæpe interpolata & de-  
lirio comitata erant intensissima, ubi itidem talis ve-  
hementissimus Orgasmus febrilis post octodecim ho-  
ras magis deforbuit & cum 24. hora se finivit. Ubi in-  
tereæ in pede synistro majorem tumorem, calorem,  
servorem & ardorem summum erysipelaceum sensit,  
que symptomata eō usque sunt aucta, ut in sura tres,  
in tibia una, in latere dextro æque ac sinistro una &  
in pollicis majoris extremitate anteriori itidem una ve-  
sicarum majorum exortæ fuerint vel minorum. Quæ  
exortæ fuere repertæ post transitum febris. Adeo-  
que fatis superque clarescit *ex his veris insultibus Febrili-  
bus minoribus & majoribus*, una die naturaliter absolutis,  
*Existentia Febris Ephemeræ.*

## CAP. II.

## DE FEBRIS EPHEMERÆ ESSENTIA.

## §. I.

**L**ustrata nunc *affectiones nostræ p.n. derivatione atque  
existentia*, nunc proprius accedendum mihi erit  
*ad*

*ad perspicuam reddendam ejusdem Essentiam, quæ omnium optimè patet; ex data concinna atque adæquata definitione, vel si sensui rigoroso philosophico fortean æque respondere haud videatur, ex adjecta descriptione sequenti: Febris Ephemera est actio effervescentiae sive fermentationis Massæ Sanguineæ & reliquorum humorum depravata & aquæ, in qua totius sanguinis & reliquorum humorum crasis depravatur, unde toti corpori multa eveniunt mala atque incommoda, symptomatibus variis pro varietate subjectorum stipata, nominatim horrore, rigore, frigore, majori vel minori, vel quoque nullo, calore minori, majori vel quoque maximo, pulsu celeri, frequenti, debili, æquali vel inæquali, siti majori vel minori, urina magis tincta, dolore capitis levi, fortissimo, inquietudine, inappetentia, vigiliis, laßitudine & debilitate majori vel minori, interdum quoque aliis symptomatibus gravioribus veniens, scotomia, deliriis, moribus convulsivis & ita porro, ita tamen ut omnium decursus intra diem naturalem, spatio nimirum 24. horarum vel pauciorum absolvatur, à fermento quodam p. n. adeoque naturali prorsus incongruo dependens.*

## §. II.

*Generis loco hic posita est actio effervescentiae sive fermentationis M. S. & reliquorum humorum depravata & aquæ: Adeoque primo intuitu Febris hoc sensu referenda esse videtur inter symptomata, & sic quasi omnis febris symptomatica esset dicenda, quod tamen repugnat ex eis, quoniam dantur omnino quoque febres primariæ, non ex aliis morbis dependentes, sed propria causa, nominatim fermento specifico gaudentes. Interim*

rim per me licebit eandem vocare morbum intemperiei vel calidæ vel frigidæ p.r.n. vel utriusque simul, haud tamen committere possūerroē cum veteribus febris indifferenter per intemperiem calidam definientibus; Utut enim calor p.n. austus & efferatus in plurimis febris deprehendatur, nihilo tamen minus experientia quoque constat febres quasdam dari absque notabili calore vel prorsus nullo, Exemplo febrium algidarum. Cæterum negare haud possum magnam dari differentiam inter actionem ejusmodi prædictam depravatam & austam generalem æque ac specificam: Unde potius omnia erunt ulterius perpendenda in definitione posita sub conceptu differentiæ specificæ in sequenti bus expendendæ.

## §. III.

*Differentiæ specificæ ratione considerandum est subiectum, sive pars affecta, ubi equidem alias communis oritur distinctio in subiectum primarium & secundarium: Inter subiectum secundarium referenda sunt vasa tam minora, quam majora, tam sanguinea, quam lymphatica, tam cor quam alia viscera, partes nimurum omnes solidæ, in quibus sensus vel frigoris vel caloris oboritur & sentitur, sive sint internæ sive externæ, sive sint molliores, sive duriiores, in quarum censum tamen minime veniunt durissimæ partes corporis humani, ossa & cartilagines. Subiectum vero primarium principaliter consistit in massa sanguinea, adæquate vero in reliquis humoribus, siquidem oborta vitiosa massæ sanguineæ fermentatione atque effervescentia p.n. majori vel minori & circulatione quoque diversimodè alterata & per reli-*

reliquos humores quoque continuata, a centro usque ad peripheriam magis vel minus producto oritur febris in genere, oritur quoque eadem in specie nostræ Ephemeræ, oriuntur ejusdem plurima vel communia vel propria symptomata, variaque pathemata. *Sanguinem* verò sustinere *subiecti* loco hunc vitiatum motum, testantur supradieta plurima symptomata, pro varietate *subiectorum*, conditione materiæ peccantis morbificæ, aliarumque circumstantiarum multis modis variantia; Quemadmodum enim in statu secundum naturam *fons caloris & vicissitudines ejusdem in toto corpore* dependent à *sanguine* ritè constituto ac temperato & debite proportionato, ita etiam in statu præternaturali horror, rigor & frigus, & calor quoque auctus atque effteratus major vel minor exinde dependeant necesse est; Et sicuti itidem in statu naturali *omnis pulsus ordinatus a circulo sanguinis* dependet, ita in statu p. n. *pulsus celer, frequens, debilis, equalis* vel *inequalis* itidem à *sanguine* dependet & mediante *sanguine* fit. Porro uti *urina sanctorum* testatur de *constitutione naturali & puritate massæ sanguineæ*, ita quoque eadem in statu p. n. *impuritates M. S. & reliquorum humorum* haud raro sufficenter indicat.

## §. IV.

Non possum negare ea verba, quæ in principio §. II. hujus Cap. generis loco posuimus, ita stare posse, hoc tamen etiam hanc est negandum, si respiciamus actiones quoque imminutas, atque effervescentiam M. S. & reliquorum humorum specialem dari & differre, eadem nihilominus etiam vel maxime *differentias specificas* loco esse consideranda. Nam in *Nostra Febre Ephemeræ*

C

mera

mera longe specialis & specifica est ista actio austera & depravata effervescentiae M. S. & reliquorum humorum, ita nimis pro varietate subjectorum disposita, ut symptomata in definitione dicta tam communia quam propria nunc conjunctim, nunc seorsim exinde oboriantur, producantur, atque quod omnium reflexionum primum est, spatio 24. horarum vel brevius paululum finiantur, ac penitus penitusque absolvantur.

## §. V.

Et in eo cum primis differentia specifica sita est *Febris Ephemere* à reliquis febribus, à quibus adeoque facilime distinguitur, specialius vero ut determinat omnium reliquarum Febrium differentiam à praesenti febri, haud opus esse censeo, quoniam eadem facile patescit. Hinc non nisi hoc innuo, quomodo differat eadem à febri quotidiana, cum qua à quibusdem Doctoribus confunditur, Febrim Ephemoram & Quotidianam idem esse centibus. Nam verò toto celo invicem differunt: Nam quotidiana omni die & pluribus vicibus recurrit, & tragediam suam per plures paroxysmos quotidianos ludit turpissime; Febris vero Ephemera unica die & vice deservit, alias talis dicenda nunquam est, quoniam vel maxime causa materialis proxima æque atque antecedens, specifica satis & propria, requiritur ad producendam febrem unius solum dici, vel deinde plurium dierum. Durationem enim talem determinatam non nisi à peculiari & specifico fermento quodam p. n. oriri debere, neminem inficias ire posse puto; Id quod clarius, reor, apparebit ex sequenti doctrina de causis Febris Ephemerae.

## §. VI.

## §. VI.

Si causatum seriem sistere intendo, mihi equidem videtur jam primo loco considerandam esse *causam immediatam formalem febris hujus Ephemeræ*, quæ consistit in effervescentia & fermentatione p. n. M. S. & reliquorum humorum, depravata vel aucta, sed tamen ita limitata ac determinata, ut diutius agere haud valeat, quam cancellis & spatio viginti quatuor horarum. Esse hanc veram ac genuinam & specficam causam formalem, patet sane firmissime ex typo, ordine, duratione & modificatione, speciatim in nulla non febri observatis, ut tantæ harum differentiæ extent, ut vix omnes species determinari æque possint ob earundem latitudinem ineffabilem. Quamdiu nimirum motus dictus vitiatus M. S. & reliquorum humorum durat, tamdiu quoque sœvit febris: Quando vero idem cessat, tunc in momento quoque effectus tollitur manifestissime, & febris totaliter cessat, usquedum *materia peccans morbifica* rursus energiam & operationem suam concipiatur, quæ in præmissa definitione fermenti cujusdam p. n. adeoque naturali prorsus incougrui nomine venit, ulterius modo expendenda.

## §. VII.

Hinc itaque in ordine sequitur *Causa proximior materialis*, Fermentum nim. p. n. in M. S. & reliquis humoribus exortum, conceptum vel illatum, propter specificationem *fermentum febrile dictum*, in particulis heterogeneis activis æque ac passivis, salinis, sulphureis, evaporabilibus, mercurialibus inde nominatis, terreis item, aqueisque fundatum. Quas inter alias in

C 2

statu

statu secundum naturam in quocunque etiam temperato vel intemperato temperamento genuina harmonia, proportio & mixtio conveniens esse debet; Quando verò laudata harmonia, proportio & mixtio sive crasis invertitur atque diversimode immutatur à fermento quodam peregrino vel concepto vel illato, hinc non potest non causa supposita materialis præsto esse. In sale acido & alcali *primario* hoc fermentum esse quærendum, omnino testantur omnes fermentationes in operationibus Chymicis institutæ, vel etiam in corpore Nostro ipso evenientes, *secundario* verò haud parum idem moderantur ac juvant reliquæ superius laudatæ particulæ. Adeoque causæ omnium febrium in genere, & Nostræ in specie sunt & manent *omnia ea*, quæ dictarum particularum harmoniam, proportionem & miscelam laedunt, & crasis ipsius M. S. naturalem invertunt, quinimo talem dyscrasiam, heterogeneitatem & proportionem p. n. sive genuinam, inducunt, & ad debitum temporis momentum conservant ac quasi nutrunt. Notanter dico *ad debitum temporis momentum*: siquidem maximam partem in eo typus, tempus & ordo omnium febrium sunt quærenda, ut *pro conditione causæ materialis morbificæ & fermenti specifici* fermentatio haec p. n. sive effervescentia nunc ciuius, nunc tardius absolvatur. Interim interea temporis ex vitiata salium activitate haec fermentatio atque effervescentia p. n. ulterius suffulta in causa est, ut M. S. & reliqui humores coquantur, & variæ vitiosæ heterogeneæ particulæ partim subigantur & alterentur, partim fecum adinstar per varia loca excretoria haud raro excernantur.

§. VIII.

## §. VIII.

*Eadem vero omnia, quæ modo in proxime antecedentibus descripto p. n. agunt, qualiacunque demum fuerint, in definitione §. II. hujus Cap. appellantur fermentum quoddam p. n. naturali prorsus incongruum, speciatim febrile alias & quidem recte appellatur. Cum autem plures species febrium dentur, statim satis superque appareat, differentiam intimorem horum fermentorum febrilium dari debere, quam autem fistere atque sufficienter eruere velle, impossibile prorsus est, propter deficientem sensualem perscrutationem particularum eorundem constitutivarum. Hinc quoniam tales sufficienter in sensus haud incurront, destituitur nos determinatio specifica ac sufficiens specialissimam causam assignandi, modumque agendi. Hoc equidem verum est, quam quod verissimum: Undecunque & quodcumque sit hoc fermentum febrile specificum in Nostra praesertim Febri Ephemera, sive conceptum per congestiones innumeras, sive illatum, diversissime sanguinem & reliquos humores in p. n. effervescentiam deturbat, impetum quoque spirituum producit, eosdemque insinuator alterat, turbat, excitat, ut inde diversissima symptomata in definitione data recensita oboriantur, nunc coniunctim magis, nunc seorsim, nunc levius, nunc gravius, ita tamen ut spatio 24. horarum prorsus absolvantur & perfecte finiantur. Nullum tamen dubium est, idem fermentum febrile nunc magis immediate prius sanguinem & hoc mediante spiritus afficere, nunc magis & prius & immediate Spiritus, & his mediantibus sanguinem commovere, id quod ex diversis insul-*

C 2

tibus,

tibus, variantibus phænomenis & symptomatum varietate in variis Febribus Ephemeris dijudicandum facile erit in specialibus casibus.

§. IX.

Ut uberius atque intimius hæc pateant, è re puto futurum esse, si fugitivo quasi oculo quædem ejusmodi præternaturalia fermenta adhuc pensitemus. Per experientiam enim constat, diversissimum esse ejusmodi fermentum febrile. Omne equidem rarefactivum est Salino-Sulphureum &c. Aliud tamen magis est pituitosum, vel serosum, aliud biliosum, aliud acidum, acre, salinum, scorbuticum, aliud seminale, vel lymphaticum, aliud intra vasa, aliud extra eadem, aliud benignum, aliud malignum, aliud fixius magis, aliud volatile, subtile, penetrans & ita porro. Videas etiam non raro fermentum febrile ex insensibili transpiratione prohibita & retentis ibi alias ejiciendis fuliginibus ortum trahere, aut ex ulcere quodam interno, in phthisi pulmonum, hepatitis, lienis, renum, uteri, mesenterii corruptione putredinosa, devenire, aut ex scabie retropulsa, ex lympha cum primis acidiori, ex particulis fructuum horæorum fermentescibilibus, aut ex aere per contagium &c.

§. X.

Hinc totam fermentorum horum latitudinem facile continebit distinctio allata, quod fermentum tale sit vel conceptum, vel illatum. Omnium maxime verò & frequentissime quoque concipitur in ventriculo, abhinc in priis viis reliquis; Quatenus à digestione & pepsi, toque chylificatione ex variis notissimis causis vitiata cruditates oboriuntur, in quibus fermentum peregrinum

num hinc residet, à quibus coacervatur, conservatur & in actum deducitur. Quoniam nimirum earundem corre-  
tio ibidem non fit, hinc transeunt ad ipsam M. S. & reli-  
quos humores, secundum illud: *Quæ nou corriguntur in  
prima coctione, illa etiam non corriguntur in secunda, vel  
in tertia;* Unde sucescive collectum hoc fermentum à  
causa apta occasionali sive procataretica facillimo ne-  
gotio excitatur. *Infertur* verò vel per assumpta, vel per  
inspirata ex aëre venientia, effluvia & contagia dicta, quæ  
omnia vel tacite quasi magis patescent, si subsequentia  
probe pensitaverimus & cum his combinaverimus.

## §. XI.

Progredior nimirum in ordine causarum ad *cau-*  
*sas* reliquas, *Remoras* scilicet, *Febris Ephemeræ*. Quæ  
sicuti alias communiter in *Naturales*, *Non-Naturales* &  
*Præter-Naturales* dispescuntur, ita quoque hic tales ob-  
servantur.

## §. XII.

Inter *naturales*, imprimis *dispositio ad similem febrim* est  
primo loco alleganda, & non errabo, si idiosyncrasiam  
nominaverim, imprimis quando talis febris semel in qui-  
busdam adfuerit, quod ex iisdem causis sæpius rursus  
excitetur & non ex alia, ut sit in erysipelate, calculo que  
recurrente, vel in crapula majori repetita &c. Hinc  
*temperamentum calidum & siccum*, sive *Ærum* aut *choleri-*  
*cum* dictum, magis disponit ad febres has, uti & *ipsum*  
*sanguineum*, ad abundantiam sanguinis, sive *plerboram*  
*præcipue* declivum. Interim tamen haud abnuunt re-  
liqua temperamenta, *pblematicum*, quatenus serum fa-  
cile stagnat, *melandolicum*, quatenus acidis particulis fer-

men-

mentificis facile auscultat. Nec excludenda est *dispositio scorbutica*, ubi particulæ salæ sunt in prædominio, ita ut diu non lœdant, neque agant, sed sileant, excitatæ vero ab aliis causis occasionalibus in actum ducuntur, & causa etiam Febris Ephemeræ fieri possunt. Inter reliquas *res naturales* præeminebit *regio* & *clima*, calidum & siccum, vel loca paludosa, putredini facile facem accendentia. Non tamen negandum erit, concursum aliarum causarum loco adjumenti vel complementi esse attendendum.

## §. XIII.

Ex causis Non-Naturalibus sunt *Sex Res Non-Naturales* per nota : I. *Aér*, calidus & humidus, calidus & siccus, quatenus poros plus justo aperire, motum sanguinis augere, congestum fermentum excitare & effervescentiam tales p.n. producere valet. *Aér* frigidus & humidus, frigidus & siccus contrario modo agere videntur & sic proprie non causabuntur hos effectus, inficias tamen ire haud valemus eundem per accidens ad febrim producendam concurrere posse, poros obstipando, ut hinc effluvia non possint exhalarare nociva, cumulata hinc & ad effervescentiam prona. II. *Cibus* & *Potus*, calidiores, sulphurei, acriores, aromatisati, fermentifici, dispositum fermentum excitantes ac in motum deducentes hic pertinent. Copia cumprimis utriusque vel maxime nocet, debilitando ventriculum, fermentum ejusdem vitiando, cruditates cumulando copiosissime ac frequentissimè, unde crapula cane pejus & angue sumquam non & omni Studio effugienda. Et evitare copiam nimirum, si sit cymofura in comedendo & bibendo, multum mali

mali evitabitur, sin minus, nullum dubium prorsus relinquitur, quin febres & anomaliae variæ sint subsæcutæ. III. Motus & Quies suum ~~τηρεῖσθαι~~ ~~μέρος~~ itidem contribuunt valide: Ille si modum excedat, & sit nimius, totum corpus plus justo exagitat, idem incalescere facit, sanguinis motum tam progressivum quam intestinum promovet & fermentum febrile excitat, quod secundum sui specificationem febrem ephemeral causari valet: Eundem affectum quoque producere valet quies, licet contrario agendi modo, siquidem quies nimia sive motus deficiens motum totius corporis & præcipue sanguinis retardat, excretiones ordinarias, secretiones & digestiones remoratur & varias congestiones causatur, unde fermentum febrile cumulari & hinc excitari valet. IV. Simili modo hic concurrent non raro somnus & vigiliae: Vigiliae enim acrimoniam humorum excitando atque augendo motum quoque citatiorem sanguini & bili & fermento febrili concepto conciliant: somnus vero nimius congestio nem causari potest pro statu febrili inducendo. V. Quantum excretiones & retentiones ad febres quas-cunque conferre possint, deductione facillimum est: Nam excretiones nimia bilem & reliquos humores nimis exagitant, ut suscepto simul materiæ febrilis impetu hæc in actum producatur, deficientes vero excretiones sive retentiones materiam peccantem morbificam magis magisque cumulant. Quid tandem VI. Animi Pathemata hic loci efficiant, facile patet, quoniam omnino deprehendimus, quod exorbitantiae horum affectuum magna sit vis & potentia ad febrim

D

quo-



quoque ephemeram producendam : Instar omnium est ira, iracundia & furor, quæ spiritus & humores valde commovent, massam sanguineam effervescent faciunt, febresque producunt ; Et quidni etiam laetitia, sive gaudium nimium inopinatum idem producere valeret, Terror equidem retropellere & figere humores, & motus sanguinis adeoque retardare videbitur, nihilo tamen minus si præsens sit fermentum febrile, hoc quoque modo excitari idem valet ; Quo etiam refero tristitiam & moerorem animi, quatenus congerunt & conservant quoque interdum fermenta febrilia.

## §. XIV.

Agmen causarum febris nostræ ephemeræ claudunt *causa pœternaturales*, siquidem variii morbi atque symptomata huc sunt referenda, quæ vel circa ortum suum febrim ephemeram comitem habent, vel in decursu suo eandem excitant atque producunt, utrumque ex repetitione eorum, quæ in §. 3. Cap. I. leguntur, facile clarus reddetur, ad quem B. L. modo remitto.

## §. XV.

*Causis pœlibatis*, superioribus dictis adhuc addo, quæ alias aliis febribus competit vel minus, ut hinc *differentia specifica febris ephemeræ* ulterius compleatur. Sic eadem non est intermittens quedam febris, quoniam non plurimis paroxysmis sed unico insultu absolvitur, unde differt non solum a quotidiana per superioris jam dicta, sed etiam a tertiana, quartana, quintana, & sextana : Sed referenda est ad continuam febrim, quæ



quæ intra spatiū 24. horarum absolvitur, hinc recte dicitur febris transitoria, licet negare haud valeam eandem propter novum pabulum accedens immutari posse in febrim continuam plurium dierum. De reliquo raro est primaria, sicuti est illa, quæ post crapulam oboritur, vel quæ prorsus præcedit alios morbos. Alia est symptomatica, quæ morbis ac symptomatibus succedit, nominatim tussi, catharro, phthisi, inflammationibus uvulæ, faucium, parotidum, vulnorum, ulcerum, & ita porro: Alia esse potest simplex & benigna, alia vero est maligna, in qua symptomata graviora simul apparent, quæ de malignitate præsentē testantur. E. gr. si statim adsit summa & subitanea virium prostratio, symptomatum major intensio, scotomia, agrypnia, insomnia turbulentia, & ipsa deliria. Licet enim hæc ibidem diutius non durent quam per dictas 24. horas, tamen periculo suo in præfenti non carent, & facile ulterius degenerare possunt, nisi bonitas naturæ, vel medicamenti præsentæ virtus ipsis medatur. Porro alia ratione causæ materialis possit dici pestilentialis febris ephemera: si quidem experientia satis superque constat, quod tempore pestis non omnes peste ipsa corripiantur, sed quidam solum afficiantur febricula tali transitoria, ubi horror & frigus intensissimum cum calore subsequetur, summa & subitanea virium prostratione, perturbatione animi & ita porro corripiuntur, ita ut datis ordinatis & præservativis & curativis remediis, expectato imperato sudore & superato, intra viginti quatuor horas omne periculum rursus recedat. Ubi pariter atque in

D 2

omni-

omnibus casibus febris ephemerae arguendum est, quod omnes causæ inibi concurentes ita sint modificatæ ac specificatae ratione formalitatis, & materialitatis ut destinato tempore typum suum, ordinem atque motum absolvant, quæ proportio vero omnium concurrensium causarum ulterius determinari haud potest, hinc manum de tabula. Potius progredior jam ad ea, quæ hujus capitinis complementum præbere videbuntur, ad diagnosisin nimirum & prognosisin febris ephemerae.

## §. XVI.

*Diagnosis* non nisi ex termino febris ephemerae patet, quando intra suppositum tempus 24. horarum absolvitur, adeoque finita febri hac demum certo apparet: nam neque ex horrore levi præcedente calorem febrilem, si etiam nulla graviora symptomata accenserint, ante finem æque de hujus præsentia testantur, quoniam similiter sœpe quoque incipit ita febris plurium dierum: neque si horror & frigus potenter accidunt, calor est magis austus ac vehementior, capitnis dolor gravior, sitis magna, summa & subitanea virium prostratio, major agrypnia, ipsaque deliria sint præsentia, exinde æque non cognoscitur præsentia principii febris plurium dierum, sicuti id patet ex antecedenter deductis.

## §. XVII.

De *prognosi febris ephemerae* ut paucis nunc agam, mearum esse partium judico, ubi ante omnia monendum mihi est, in exortu cum sit difficilis diagnosis, an revera talis & non alia futura sit febris, etiam difficilem esse prognosis, an eventus intra 24. horarum spatium æque

æque sit futurus felix vel infelix. Interim in genere di-  
cendum erit, febrim ephemeral non esse periculosa-  
m, multo minus lethalem, siquidem non raro per se  
& sine auxilio medici, & sine omni exhibito quoque  
remedio cessat, & per sudorem & madorem cutis tu-  
to finitur, vel per spontaneam diarrhoeam, vel per pau-  
latinam ~~et~~ solvitur. Negligenda tamen nequitiam  
est, quoniam non semper patet, quid habeat in recel-  
su, & hinc caute videndum est, ne error diaetae com-  
mittatur: Alias enim in alias febres pro subjectorum  
dispositione, aliarumque circumstantiarum conditione  
converti potest, nominatim in causum, in febrim pu-  
tridam & hepticam, quin imo in febrim ardente, ita  
ut periculosior status febrilis oboriatur, probe hinc,  
quantum fieri potest, præservandus atque aīcendus.  
*In specie* vero ratione prognoseos in certis casibus de-  
terminandæ sequentia huic referre volui: si febris ephemeræ  
notorie dependet a crapula, respiciendum est ad  
qualitatem & noxiam assumptorum, nec minus ad con-  
ditionem, mitigationem, vel vehementiam præsen-  
tium symptomatum: si enim constet vinum genero-  
sius vel spiritum vini fortiorem in majori copia esse  
assumptum, & hinc symptomata graviora adsiunt cum  
valida & subitanea cumprimis prostratione virium, &  
forte an palpitatione cordis, abalienatione mentis & ita  
porro, tunc si intra duodecim horarum spatium haec  
ipsa manifeste non mitescant, periculosorem statum  
& affectum p. n. esse metuendum judicandum erit.  
Quodsi omnia leviora & mitiora sunt, præsentia febris  
ephemeræ confirmabitur. Interim cum nusquam sit

D 3

tuta

tuta fides, & sicuti alias à scintillula minima magnum  
oboriri possit incendium, hinc bene faciunt decum-  
bentes, ut uberiora & plura symptomata mature præ-  
caveant, motus naturæ juvent & nullam materiam  
peccantem morbificam relictam patientur, sed potius  
medici opem implorent.

## §. XVIII.

De reliquo in aliis specialioribus casibus respicien-  
dum etiam est ad partem affectam e. gr. in vitiis ventri-  
culi oborientibus, si febricula talis eveniat cum dolore,  
ardore & calore ventriculi leviori, bene est sperandum,  
si autem sit dolor & calor vehementior, integra inflam-  
matio ventriculi est præsumenda, nullibi non pericu-  
losa, & metuenda ac pertimescenda, quoniam facile fit  
~~sanguinem~~, lethalis. Par ratio est caloris p. n. in intesti-  
nis oborti, qui quo levior, eo benignior est sperandus,  
quo vero intensior deprehenditur, eo periculosior exi-  
stit, & si cumprimis passio iliaca, *miserere mei* dicta in-  
cidat aut concurrat, ut plurimum malum est periculo-  
sissimum, supremum inflammationis gradum, gangræ-  
nam, & individuum fere comitem, sphacelum, post se  
trahens; Similiter in respirationis difficilis speciebus su-  
perius p. 12. denominatis pulmones & cumprimis pleura  
ratione majoris vel minoris læsionis & caloris magis au-  
sti, vel doloris magis exquisiti, prognosis est instituenda:  
Licit enim propter bonitatem naturæ vel faciliorem  
mitigationem causæ morbificæ febris hæc ad instar  
ephemeræ transeat, metus tamen est, ne idem malum  
propter debilitatas semel has partes recrudescat, & in  
veram inflammationem transeat. Et sic etiam quando

do talis febris præcedit alios morbos vel comitatur eosdem in atrophia, tabe, phthisi &c. semper symptomata quoad vehementiam, vel mitigationem prognosticin variant, inflammations cum primis major ardor & major calor indicant. In calculi præsentia, dolore in regione renum & lumborum, vomituque præser-tim nephriticō dignoscendi, prognosī itidem ex similibus fontibus fit, & non est fidendum, in primis, ubi suspicio est majorum calculorum incarcatorum, in pelvi renū atque ureterib⁹ magis vel minus obstrutis. In arthriticis affectibus hæc febricula raro habet aliquid in recessu, bene tamen semper respiciendæ sunt conditiones partis affectæ. Quodsi jam graviora symptomata hujus febris ephemerae appareant unacum erysipelate graviori & gravissimo, multum malum jam esse metuendum unusquisque mecum fatebitur: Fatetur etiam Laudatissimus meus Hospes ingenu, superationem symptomatum graviorum, quin imo gravissimorum & totius malignæ hujus Febris Ephemeræ, de quibus vide sis p. 13. 14. non tam generosissimis adhibitis medicamentis, quam Gratiae Divinæ, & singulari Naturæ robori se tribuere atque adscribere posse, si tantum malignorum symptomatum cumulum & tam subitaneam eorundem cessationem aut mitigationem respiciat; Sicuti in genere quo graviores saepe dolores & fere intolerabiles in toto suo chronic⁹ affectu sunt, eo proximi⁹ sœpè est levamen: Id quod unacum restitutione integerima ipsi ex intimitatibus cordis penetralibus opto, vovoque. Cæterum tran-

transitum jam facio ad tertium à me expedientum, tberapiam nimirum *Febris Ephemeræ*.

## CAP. III.

## DE FEBRIS EPHEMERÆ THERAPIA.

## §. I.

**U**nicunq[ue] statu[us] p[re]ternaturalis adest, & vel ipse morbus se trudit, vel causa morbifica fit manifesta, vel symptoma quocunque apparet, ibi maturè esse contraeundem isti statui p. n. debita medela, & observandam regulam: *Cito, tuto & jucunde est curandum: mecum unus quisque facile largietur, qui pensitabit, quanta sit sanitatis nobilitas, quanta vitæ brevitas, quantaque occasionis sit velocitas, de qua ultima facile auditur hoc: post haec occasio calua;* unde inter momenta prima & monenda ipse Dictator Noster HIPPOCRATES Caus eandem atro veluti carbone notat in primo suo Aphorismo per verba: *Occasio præceps.* Adeoque non possum non partium mearum rationem jam jam quoque habiturus ulteriorem therapiam tam præservatoriā quam curatoriā Ephemeræ Febris generalius aut etiam specialius attendere atque attinere.

## §. II.

Ante omnia vero respiciendum est, an sit febris Ephemera sibi relicta & propria, an vero cum aliis morbis ac symptomatis stipata, comitata, & conjuncta vel præcedanea: Hæc enim curam variare non raro, quilibet medicorum concedere cogitur; Sicuti enim penes

penes Ictos minima circumstantia variat rem, ita  
multo magis circumstantiae penes Médicos idem  
præstabunt, & hinc est, quod neque hæc febris æque  
sit negligenda. Quemadmodum enim antea termi-  
num, progreßum, finem atque eventum scire haud va-  
lemus, ita etiam nihil non est faciendum pro arcendo  
hoc malo & præcavendo graviori. Quo magis ve-  
rò in primo ingressu, sive  $\omega\alpha\chi\eta$ , principio febris, et  
iam hæc febris truculenta appetet, & gravioribus ac  
periculosisoribus sœvit symptomatibus, eo magis et-  
iam hosti huic infensissimo quoque generi humano,  
est resistendum, universalibus æque ac particularibus, mi-  
tioribus ac generosioribus, quin imo generosissimis remedii-  
tam pro varietate status morbifici, quam subjecti patien-  
tis conditione.

## §. III.

Cura si institui deberet, secundum ordinariam me-  
thodum, qua febres alias curare tenemur, eandem  
quoque instituendam esse tota medicorum cohors me-  
cum fatebitur, quare modo jam non ero sollicitus, an  
breviori & compendiosiori via etiam hæc febris Ephe-  
mera fortean curari possit, sed potius pro exigentia or-  
dinariae methodi omnia jam sum ventilaturus, jux-  
ta quam cause morbificæ, ipsi morbo & symptomatibus  
contraeundum est sequentibus indicationibus positis  
& absolutis. I. Fermentum febrile est edomandum,  
& vel educendum, vel subigendum, aut quoconque alio  
modo meliori arcendum & limitandum. II. Acrimo-  
nia humorum acida, acris, salina, salsa, aut ita porrò, est  
temperanda, moderanda & corrigenda. III. Naturæ

E

mo-

motus probe sunt observandi ac respiciendi, ne eandem in opere suo unquam turbemus, sed quantum fieri potest, omni studio juvemus. IV. Speciatim symptomatibus magis urgentibus succurrere debemus, ac insimul vires restaurare & corpus ab aliis symptomatibus & morbis, quin imò ipsa recidiva præcavere ac præservare nobis curæ cordique esse debet. Quemadmodum verò in ipsa cura non obtineret, ut præcise ordo indicationum observaretur, siquidem non raro ~~περιπτέρων~~ methodo ipsa curatoria jubente committere tenemur, dum e. gr. haud raro istud obtinet, quod magis urgens symptoma sit magis respiciendum, quod saepe prius sit universalibus utendum, alibi verò primo loco particularibus, temperantibus, corrigentibus, specificis statim pro varietate nimirum casuum Clinicorum & circumstantiarum variarum se trudentium, ita & idem hic observandum esse censeo.

## §. IV.

Ordinariè incipimus ab universalibus, fermentum febrile juxta primam indicationem edomantibus &c. Si itaque manifestò constet materiam peccantem morbificam originem deberi ventriculo & primis viis, ibidemque fomes adhuc hæreat, excretionemque sui urgeat, utendum est vomitorii, aut laxantibus, aut purgantibus p. r. n. Vomitoria indicantur, sicuti notum est, per præsentiam naufragiæ, conatus ad vomendum, vel ipsum vomitum, aut ubi ex certis indiciis satiis constat faburram acidam, biliosam, pituitosam & viscosam hærere in ventriculo, daß der Magen ganz verschleimet und verderbet sey, ita ut jam ante insulatum

tum febriculæ hujus excretionem sui intenderit, hinc Medicus mature advocatione citò Emeticum aliquod præbeat necesse est, ut ut digestivum aliquod pro nunc præmitti hand possit. Cujus scopo satisfacit ♀ Emet. Mynsicht. ad gr. ij, nisi patientes jam olim gr. iij. vel iv. uti consueverint: E. gr. & ♀ Emet. M. gr. ij. Θ absynth. ♂ sat. ana gr. v. M. D. vel matutino tempore, vel quod ferè commodius vespertino tempore, nisi fortean ex aliis causis contraindicetur. Alias quoque Aqua bened. Rul. si sit ad manus, in debita dosi & proportione dari potest ritè præparata. Laxantia vel purgantia indicantur, quando alvus videtur esse segnior, & magis vel minus obstructa, & colluvies seroforum, pituitosorum, biliosorum excrementorum præsto est quo casu statim maturanda sunt laxantia aut purgantia, omnemque paginam absolvunt pillulæ optimæ polychrestæ, quales sunt Scherzerianæ, Stahlianæ, Glasianæ & selectiores, quarum partem & mihi quoque tribuere concessum est; Interim si graviora symptomata statim conjuncta esse videbuntur, eadem de cursu febris sunt potius postponenda. Cæterum nihil obstat, quo minus etiam alia laxantia simili conditio ne præscribam, e. gr. Decoct. fol. Sen. c. rhab. paſſul. minoribus &c. non neglegitis spec. diaturbith. c. rh. vel etiam Manna Calabrina & ita porrò. Quod si neque hæc obtineant, & tamen obstrucțio alvina urgeat, clystere laxante, carminativo, abstergente & mundificante subinde opus erit: & Rad. 5. aper. ana 3ij. ir. Flor. 3. hb. 5. emoll. ana ms. sem. carv. foen. græc. ana 3ij. M. C. C. g. m. coqu. in f. q. Aq. f. & colat.

E 2

zvij.

gvijj. x. xii. ol. lli. alb. 3<sup>o</sup>. 1<sup>o</sup> tati 3ij. vitell. ovor. n. I. D.  
& A.

## §. V.

Quod si verò sanguis turgeat & urgeat, nimis copiosus sit, suique excretionem indicet & fortean ordinariū tempus missione sanguinis instet, pro rei & subjectorum exigentia nunc suadenda est venæfæctio in brachio vel pede instituta, in iis subjectis, ubi major sanguinis copia adest, vel copiosus vini potus id suadet, vel si consuetudo jubeat, largius administranda & si sufficienter juvare debeat, ad animi deliquium usque admittenda. Ubi vero potius in usu fuit cucurbitularum scarificatio, ibi eadem quoque est suadenda. Hirudinibus autem raro opus habemus, nisi fortean pro hæmorrhoidibus aperiendis. Exulant quoque hic loci prorsus fonticuli tanquam remedium hoc morbo gravius & pejus.

## §. VI.

In aliis subjectis locum statim inveniunt universalia diaphoretica & sudorifera, quo sæpe unico dato cessat hæc febris, & fermentum febrile compte & prompte educitur, vel ad minimum successive per insensibilem transpirationem eliminatur. Cui scopo inserviunt TRÆ tles, Bezoardicæ, alexipharmacæ, vel t Diaph. bez. minor. & varia alia similis generis atque effectus remedia.

## §. VII.

Sicuti itaque hæc in antecedentibus posita universalia & similia curandi fine sunt laudata, ita in iis subjectis, ubi propter erysipelas gravius vel levius, sæpius recurrens, vel propter alia mala superius hinc inde recensita hæc

hæc febris est timenda, eadem præservationis gratia adhiberi possunt, si quidem alias quoque, sicuti opus est, admodum conducibile est, solum item materiæ peccantis, morbificæ vel per cmetica, vel per purgantia ejicere, & iisdem corpus gravius interdum quasi concutere, aut etiam Venæfctioni locum concedere, quo per reliqua medicamenta eo promptius ac velocius agere valeamus.

## §. VIII.

Alteri indicationi sunt opposita absorbentia, temperantia, alcalina, corrigentia, motumque sanguinis fermentativum fistentia, & hinc fermentum febrile successive solventia, ut natura ipsa per convenientia loca excretoria idem una cum acribus humoribus peccantibus eo facilius ac felicius educere valeat. Talia sunt ocul. canceror. ppt. corall. rubr. ppt. mater perl. ppt. succin. alb. ppt. conch. ppt. C. C. phil. ppt. ebur. f. Δ ppt. ♀ diaph. f. & ♂ bez. miner. ♀ al. ♂, Dre, Ore, pulvis absorb. Wed. bez. maj. & min. Ej. vel pulv. bez. Sennert. Pannon. rub. TRæ ♀ ii. bez. laud. alexiph. eff. lign. C. B. fumar. f. & comp. pimpinel. eff. ther. bals. spir. bez. Buff. & ita porro: E. gr. & pulv. absorb. Wed. 3ij. oc. cancer. ppt. corall. rubr. ppt. C. C. phil. ppt. ana 3ij. M. F. I. a. pulv. subtil. vel & eff. lignor. ♀ ii ana 3ij. M. S. 3j. M. D. vel &. Aq. Flor. sambuc. acac. namph. C. B. ana 3j. ♀ Diaph. matr. perl. ppt. succin. albi ppt. ana 3o. extr. scab. scord. fl. bellid. ana 3o. confect. Alkerm. inc. 3ij. fir. C. B. ceras. nigr. ana 3ii. M. D. Quæ ipsa cura similibus aliis juxta judicium Medici proportione affectus & subjecti, aliarumque circumstantiarum facile moderabuntur & variabuntur.

## E 3

## §. IX.

## §. IX.

Et sic porro quoad tertiam indicationem medicus facile quoque attendere poterit motus a natura institutos vel instituendos, ne iisdem ullo modo obsit, sed potius eos, quantum in se est, tuto, cito & jucunde promoveat, siveque neque datis universalibus, neque particularibus ac specificis ullo modo noceat; Alias enim non curam accommodam, sed potius noxam præsentaneam inferre posset, idquod omni modo est vitandum: Haud enim æque constat, quoisque hoc malum etiam pretendi, aut varia alia inde sequi valent.

## §. X.

Curato quoque, atque optimo cum consilio symptomatis magis urgentibus medela afferatur, necesse est, juxta quartam indicationem: Hinc si sitis sit intolerabilis & clamosa, diluentia, temperantia & suo modo ac modulo refrigerantia sunt danda: v. gr. ℥. TR. fl. bell. papav. rhoead. rosar. viol. ana ʒj. clyss. † ♀ ʒ⁹. M. D. l. ℥. ∇ bugloss. borrag. rosar. viol. ana ʒj. TR. fl. bell. ʒij. Ω ♀ per campan. ʒij. fir. acetos. citr. ʒ⁹. M. ℥. sem. 4. frig. maj. ana ʒj. amygdal. dulc. ʒ⁹. M. conc. cont. F. I. a. c. f. q. ∇ fl. acac. namph. bugloss. borrag. ana ʒij. Emuls. cui adde ∇ cinnam. cyd. ʒ⁹. D. Si diarrhoea præsens sit debilitans, eadem, si necessarium, vel juvanda, vel sopienda. Si dolores quidem urgeant, lenia anodyna in refracta tamen non nisi dosi sunt addenda. Si cephalalgia major & intolerabilis fere præsto sit, præter hæc exteriora, cucupha quoque c. gr. sunt optima. Si adsit delirium ipsum, ♀ ℥. anod. & theriaca coelestis sunt egregii usus.

## §. XI.

## §. XI.

Præterea quoque in ipsis casibus, ubi peculiares morbi vel sympromata, antecedunt aut comitantur Febris Ephemeram, peculiaris eorundem affectuum cura è Libris Praetiticis est eruenda & hic baseos loco fere respicienda ; Unde si in capitib[us] affectibus eadem simul videatur, cephalica, nervina, topica, & spiritus animales & vitales roborantia sunt prioribus conjungenda. Si in pectoris affectibus appareat nostra febris, expectorantia, resolventia æque ac balsamica cum reliquis sunt combinanda. Si ventriculus sit simul læsus, stomachica, nervina quoque heic conducunt. Si cor hic magis lædatur & malignitas magis appareat, cordalia, bezoardica atque alexipharmacæ in usum veniunt hic trahenda. In uteri affectibus uterina ; In arthriticis affectibus antiarthritica, antiscorbutica & tonica sunt danda, quo omnia debite respiciantur, & fomes e radice sua tollatur.

## §. XII.

Ultimo hinc robur partium est respiciendum & vires vitales recuperandæ per aptam & bonam diaetam, ubi equidem non penitus consuetudo, si etiam sit pejor, statim mutari potest, sed ibi vel maxime cautione opus esset, sed potius convenientia pabula & potus non nocivos eligamus necesse est, in omnibus accurate videndo, ne excedamus, quantitate, aut qualitate assumendorum, & reliquorum R. N. N. usum genuinum admittamus tantum.

DEO VERO SIT LAVS, HONOR ET GLORIA, CVI  
SOLI HIC DEBET VR

F I N I S.

Cal-

**C**allidus in studiis, Mi WARMBRVN, usque fuisti:  
Hocce docent multæ lingue, quibus uteris apte,  
Hocce docet studium tractatum JVRIS & AEQVI,  
Hocce docet studium Medicum, quod marte secundo  
Et proprio cultu excoluisti laude perenni.  
Non mirum! Gaudes calidi cognomine fontis:  
Existis calidus fons, fons & origo bonorum,  
Ingenii clari, famæ, virtutis, honoris:  
Nomen & omen habes, hinc ominor omine fausto,  
*Hic fons sit clarus, nitidisque argenteus undis.*

Ita Nobilissimo, Clarissimo atque Experientissimo Domino  
VVARMBRVN, Medicinæ Licentiatu dignissimo  
& Hospiti suo Honoratissimo, de mox adipiscendis su-  
premis in Medicina honoribus optime promeritis ex  
animo gratulari & quavis prospera precari voluit Vi-  
te-Praes

**D. HIERONYMVS Ludolf/**  
Consiliarius & Archiater Elect. Mogun-  
tinus, Fac. Med. & Phil. Assess. Ord. n.  
n. Chymia & Mathem. P. P.

**E**X Animo voveo, ut semper Conamina cedant  
In Medica Praxi, prospere feliciter.

Ita Nobilissimo & Doctissimo Domino Doctorando,  
Amico suo suavissimo & Commensali Honoratissi-  
mo prosperos in Praxi Medica successus ulteriores  
animatus, cordicitusque adprecatur Opponens

**HIOBVS PHILIPPVS Ludolf/**  
Phil. Mag. & Med. Lic.

01 A 6545



Sb.

V D 18

VON



## Farbkarte #13

Black

19

18

17

16

15

14

13

12

11

10

9

8

7

6

5

4

3

2

1

0

Inches

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305